



„ *tam aeternam comparandam.* Hunc ipsum vero Zelum consueta Tibi, prorsusque propria humanitate ita temperasti, vt producta e MS. *Epistola*
 „ in plerisque vere euangelica, summi Pontificis Romani *Pauli III. de modo*
 „ *do concionandi* anno MDXLII. diplomatis instar publicata, meliora de
 „ Tuae Ecclesiae doctrina me edocere, et hac ratione me, Collegasque
 „ meos coniunctissimos ad pia vota bono cum animo Tibi nuncupanda
 „ praeparanda non grauatus fueris. Equidem possem pro defensione
 „ Confessionis nostrae Augustanae (e qua repetita verba illa, quae in
 „ *Observationibus* meis Tibi, Domine, displicuerunt.) respondere, respici
 „ spici hac accusatione concionatores, et parochas, qui tunc temporis
 „ in Germania, sine omni Episcoporum suorum reprehensione, sola
 „ opera quaedam externa caerimonialia ceu media salutis aeternae auditoribus
 „ commendare, de fiducia autem in Christum, vnico salutis
 „ medio, quam contritio de peccatis antecedere, bona autem opera in
 „ sincero Dei reconciliati amore fundata sequi debent, non tantum
 „ prorsus filere, sed nostros etiam, grauissima haec dogmata e Scriptura
 „ S. docentes, quasi haereticos damnare et persequi consueuerant;
 „ possem conqueri non tantum de censoribus Confessionis Augustanae
 „ Augustanis, qui nomine Caesaris, et Principum Catholicorum in comitiis
 „ Augustanis A. M. DXXX. ad Confessionem nostram responderunt
 „ sed de ipsis etiam Patribus Tridentinis, quod damnauerant nostram
 „ de praecipuis salutis aeternae mediis doctrinam, quam tamen a *Paulo*
 „ III. P. R. et a Te, Episcopo eminentissime, probatam lubentissime
 „ video; possem desiderare, vt summi Pontifices, omnesque Episcopi
 „ parochis suis, concionatoribus, et catechetis feuerissime iniungant
 „ praedicationem verae illius euangelicae *μετανοειας*, et refutationem vanifumae
 „ fiduciae in caerimonias, vel numero suo internam pietatem suffocantes,
 „ atque sic in dogmate aliquo primario viam sternere incipiant
 „ ad vnionem Ecclesiarum nostrarum, quam in reliquis etiam capitibus
 „ ardentissimis votis exopto, per humana autem consilia non exspecto,
 „ sed diuinae sapientiae, potentiae, et benignitati vnice commendo. Verum
 „ enim vero, quamuis defensionem religionis meae, de cuius veritate per
 „ diuinam gratiam plane conuictum me sentio, sicuti opus fuerit, subterfugere
 „ mihi non sit animus, disputationem tamen omnem Tecum, Princeps Reuerendissime,
 „ de praecipuis religionis capitibus in quibus Ecclesiae, Tua et mea dissentiunt, vt priuatim deprecatus
 „ sum, ita etiam publice iterum, iterumque deprecor: docuit enim me
 „ historia tot colloquiorum inter Vestrates et nostrates in-
 „ stitu-